

Johann Sleker Johann Gynaedulus

De Prima Animae Definitione Disputatio


Rostochii: Myliandrus, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72907482X>

Druck Freier  Zugang



F. Scler.
R. U. phil. 1608.



D. T. O. M. A.

87

DE
PRIMA ANIMÆ
DEFINITIONE

Disputatio,

Quam

In Inclÿta Academia Rostochienſi

PROPONIT

M JOHANNES SLEKERVVS

RESPONDENTE

IOHANNE GTNÆDULO
Anclamense Pomerano.

Habebitur disputatio die 30. Julij.



ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri,

ANNO M. DC. VIII.

*Disputationis de Constitutione Psychologia
Errata typographica.*

Thesi 2. linea 4. lege materiatis. l. 5. coerceatur. l. 6. ut vegetativa. Th. 3. l. 9. notionem. (qua Th. 4. l. 3. dicente. Th. 7. l. 4. considerari. l. 5. definiatur. Th. 10. l. 1. hic. Th. 12. l. ult. affectiones. Th. 14. l. 2. apotelesmata. Th. 17. l. 4. externarumq.). Th. 23. l. 3. pro videlicet, v. g. Th. 24. l. 7. conclusionem.



THESIS I.



Mne quod est, vel substantia vel accidentis continetur republica. Alterutri animam esse ascriptam, quis dubitet? cum & hoc ex primo illo naturalis cognitionis quasi pulsus (qui tot philosophorum consensu, tot nobilissimarum operationum indicio roboratus, animum cujusq; movet non leviter) anticipationem quadam constet, etiam substantiam (quod postea tamen th. 27. demonstrabimus) ut Enti primario, ascribendam.

2. Qua de causa, missis accidentibus, substantia hic mihi elaboranda diviso; non omnis illa quidem (Intelligentias, adeoq; Deum ipsum complexa) sed qua naturalium rerum distinetur ambitum. Tria in his occurrunt, Materia, forma, & compositum. Quasi si dichotomus ad duo membra subtiliter & operose studeat revocare (potest enim, videlicet in compositam & simplicem: ita ut hujus duo iterum membra, materia & forma) nec primum opera nec gratias à Metaphysico ac Logico sperabit magnas, quod in aequivocis & analogatis, quorum significata, adeoq; divisionis membra, saepenumero plura sunt, reductio hujusmodi rara sit, & plane accidentaria.

3. Sed ad rem. Unum est primum Ens, ac ipsum Ens, perfectissimum ac simplicissimum, cujusq; compositionis, tum physica tum Metaphysica exorsus contagio: sine qualitate optimum, sine quantitate Maximum; sine partium, multitudinisq; coalitu, Totum.

4. Qua prater hoc, omnia, ut ratione Entitatis sua finita sunt; ita ab actus puritate recedentia, compositionem subeunt: atq; ad unitatem reducta, Totus accipiunt rationem ac denominationem: Inter cujus quasi species, ab Armando de Bello. numeratas, principatum obtinet, id quod dicitur Essentialis; nobis hoc

loco, unà cum partibus, qua & ipsa essentiales dicuntur considerandum.

5. Est autem Materia, qua infimum, in genere Entis, gradum obtinens, hoc aliquid non est; neq; determinationem ex se habet; sed in pura ad formam recipiendam potentia consistit; qua recepta, compositum generatur; dimissa, corrumpitur. Forma est, qua potentia materia actuando, perfectionem & complementum affert composito; quod ex utriusq; partis conjugio resultat.

6. Coeunt partes istae ad essentiam rei constituendam per modum actus & potentiae: Qua duo, in eodem genere collocata, ob immediatum quem inter se fovent, affectum, unum constituunt per se, sine medij alicujus, quod unionis praestet officium, interventu.

7. Etenim simulatq; materia efficientis beneficio apparatus est; ratione potentiae suae, qua directò ad actum tendit, sine participatione Platonica; sine copulatione Lycophronis (ut aliorum mittam sententias, qui medio quodam vinculo interveniente hic opus esse putarunt) formam in se recipit, & ab eadem actuata, hoc aliquid esse incipit.

8. Et hac quidem ratio est, cur forma totam formare dicatur compositum; non, quod omnibus compositi partibus (materia inquam ac forma) incumbat, easq; informet (sic enim informaret seipsam) sed quatenus materiae juncta, eam subigens & actuans, toti composito quod inde resultat, suum dat esse.

9. Patet ex his, quodnam sit officium Formae; quaq; ratione à physico sit consideranda, nempe cum respectu ad materiam, quam informat; cum qua ipsum constituit compositum; & hujus deniq; $\delta\alpha\sigma\pi\acute{\alpha}\tau\omega$ sit principium. Omnia haec $\epsilon\upsilon\pi\lambda\epsilon\chi\epsilon\iota\alpha$ vocabulo expressit Aristoteles, cujus prima origo, juxta ac virtus & distinctio hic nobis adducenda; sed breviter; cum Primi philosophi proprium sit munus, hac accuratius ac prolixè consecrari.

10. Rectè simplicius 2. Phys. t. 13. $\epsilon\upsilon\pi\lambda\epsilon\chi\epsilon\iota\alpha$ peculiare Aristotelis

Stotelis inventoris vocat nomen aslipulante Porphyrio in Explic.
Categ. imò Cicerone ipso 1. Thusc. q. qui interpretatis simul opere
defunctus, continuatam veritatem ac perennem motionem: quod Plo-
tino etiam Enn. 4. l. 3. placuit, nec non ex recentioribus viris
sane clarissimis; sed qui à veritate hic longe aberrarunt.

11. Quid enim? annon usus vocabuli hujus Aristoteli frequen-
tissimus, aperte refragatur, quando ubiq; ἐπιτέχεια ex altera
parte opponitur δυνάμει; ita quidem ut quicquid sub ente con-
tentum, in potentia non sit (sive jam substantia sive acciden-
tium generi ascribatur: sive jugiter, sive nunquam moveatur)
ἐπιτέχειας nomine veniat.

12. De motione vero, quam hoc parum commode dici queat
(ut interim mittam, qua Amerbachus, Scaliger, Budaeus, Mon-
lorius &c. disputant accuratissimè) exemplo faciam ut intelligas,
quod motioni manifesto adversetur, dormientis inquam & sessio-
nis. Vigilans enim ut ἐπιτέχεια vigilans est, & ambulans;
sic δυνάμει dormit & sedet; dormiendo vel sedendo, jam ἐπιτέ-
χεια dormiens & sedens est: nunquid vero & motione? ridicu-
lum hoc ac prope insanum.

13. Tanti erroris qua fuit occasio, ex ipsius vocabuli cum ἐπι-
τέχειας confusione, dubio procul nata est. Posteriori enim
hoc, assiduitatem quandam studiumq; perenne designari, ne Pla-
tonis adducam, aliorumq; loca quam plurima, Aristoteles
ipse 2. de gen. & corr. c. 9. testis erit: cui Germanicum End-
lich quod festinationem exprimit, veluti prisca cum Graecis,
conversacionis monumentum, prope est, ut adjiciam.

14. Ἐπιτέχεια verò quid sibi velit, significanter admodum,
vocabuli sui primæq; compositionis profitebitur indicio. Philop. 2.
an. τὰ ἐν τῷ ἐν, τέλειον, & ἔχειν, deducit, quod nimirum forma,
(quam designat ἐπιτέχεια) informando determinandoq; mate-
riam sit causa, per quam compositum sit perfectum & unum;
Rectius Scaliger ab ἐν, τέλει & ἔχον, nimirum quod forma rei,

cui inexistit, perfectionem largiatur, dum materiam comprehendendo, efformat compositum.

15. Uterq; si ἐντελέχεια primam, formamq; substantialem respicias, verissimè; si vero secundam, (cujus hic habenda erat ratio non nulla) falsè. Motus enim, calor, frigus, &c. entelechia sunt mobilis, calidi, frigidi. Neq; tamen illa horum sunt elementa intrinseca; nec materiam regunt, nec unitatem ipsi rei conciliant.

16. Rectissimè ergo Montorius quest. de hac re, deducit ab ἐντελέχειᾳ & ἔχειν. Quo respiciens Hermolam, Perfecti habuum vertit apud Themistium, cui aliàs ἐντελέχεια ἐστὶν τελείωσις. Scilicet, quod opposita δύω ἀμοι, sit illud ipsum, quod rem in potentia existentem & adhuc imperfectam, perficit, ita ut esse suum, formalemq; rationem verè accipiat, sitq; hoc aliquid.

17. Et sic quidem utramq; formam, tum substantialem tum accidentalem ἐντελέχεια complexu suo fovet; quatenus per utramq; res talis esse intelligitur, qualis est: verbi gratia videre, ἐντελέχεια ἐστὶν videntis; motio, moventis; quies quiescentis, utpote ex qua videns, motum, quiescens, unumquodq; dicatur.

18. Plut. 4. de plac. cum in definitione anima ἐντελέχεια monet sumendam pro ἐνεργείᾳ; distinctionem inter hac duo innuit, quamtalem profert Zabar. 2. an. t. 2. & de mente hum. c. 7. 1. quod ἐντελέχεια habeat significationem respectivam tantum: ἐνεργεία vero absolutam. 2. quod illa & formam & operationem complectatur; hac operationem solam. ἐνεργείᾳ enim operari.

19. Veruntamen, ne de vulgari usuq; trita vocabulorum horum acceptione dicam, cum actus & potentia dividant omnem Ens; ita quidem, ut quicquid potentia vel in potentia non est, si-ve absolutum illud, si-ve respectivum dicatur, necessariò sit actus: actus autem hic, potentia in tota illius divisionis latitudine oppositus, apud Aristotelem 9. Metaph. promiscuè nunc ἐντελεχείᾳς

nunc

nunc ἐνεργείας nomine veniat, quis non videt, eandem ut utriusq;
definitionem (quam vide 9. Metaph. c. 6.) sic naturam esse ac
essentiam?

20. Hinc & 12. Metaph. t. 49. purissimum actum, & qui ma-
teriam penitus excludit, ἐπιτέλειαν vocat. Et rursus ἐνεργείαν
forma tribuit, non tantum quando operatio eadem est cum forma
operante, quod putat Zabarella; sed quatenus informat materiam.
Potentia enim sphaeram, ἐνεργεία sphaeram fieri, inquit 8. Metaph.
t. 15. sicut omnia, qua materia & forma constant, unum sunt
ἐνεργεία. Plura vide 6. Metaph. c. 6.

21. Interim, prout frequentata magis loquendi ratione, qua à
confusione hic etiam nos immunes prestabit, ἐπιτέλειαν perfe-
ctionem designat alterius, cui nimirum confertur ἐνεργεία vero
operationem & actionem ab habitu seu forma fluentem, ut ἔργον
opus: Sic ἐπιτέλειαν, in primam & secundam distinguimus;
quid utraq; sit, breviter dicturi.

22. Primus, inquit Clichtovaeus, est, à quo proficiscitur secu-
ndus ad quem primatum, principalioresq; causalitatis habet ra-
tionem. Schola communis, actum primum habet, pro forma
non operante: Secundum, pro ipsa operatione. Anne ergo de ra-
tione actus primi erit negatio operationis? dubium hoc; imò ces-
sante dubitatione, falsum. Animam quippe, actum esse primum,
jam jam cum Aristotele statuendum erit: Et nemo tamen illam,
in operatione constitutam, animam esse negaverit: cum per opera-
tionem omnis illius se virtus potissimum exerat.

23. Placet ergo quod à Mercen. in diluc. indigitatum, à Za-
barel. 2. an. t. 6. magna industria erutum est, Essentiam videli-
cet & naturam, neq; in operatione ipsa, neq; in negatione opera-
tionis consistere: Sed quod ad utrumq; indifferenter, imò & secun-
dario se habeat, ne dicam accidentaliter, utpote, sine quo essen-
tiam adhuc tenet integram: de cuius intima veraq; ratione est,
ut materia potentiam actuando, compositum in esse suo specifico
consti-

constituat, omnemq; tribuat perfectionem, qua hoc aliquid esse dicatur.

24. Rem vero in essentiali perfectione, forma beneficio jam constitutam, natura ductu, proprietates consequuntur, quibus accidentaliter etiamnum perficiatur, ut non tantum esse; sed & bene esse habeat. Harum iterum principium est forma ipsa, à qua & facultas promanat, & facultatis dirigitur exercitium; ea tamen conditione, ut siue operetur siue minus, prima tamen ei $\epsilon\iota\pi\lambda\epsilon\chi\epsilon\acute{\iota}\omicron\varsigma$ dignitatem possideat integram, qua etiam, ut primò & essentialiter sibi competente definitur.

25. Ex his prope, quid de actu secundo, in tanto sententiarum divortio statuendum, patebit. Cum enim ad perficiendum compositum, duplici se ratione habeat formas: prout vel essentiam, largitur, vel competentes eidem tribuit affectiones: hinc fit ut duplicem $\epsilon\iota\pi\lambda\epsilon\chi\epsilon\acute{\iota}\omicron\varsigma$ subeat modum, primum & secundum. Primus ei convenit ratione essentia, quam tribuit composito; Secundus ratione operationum, quarum in composito accidentaliter sese perficiente, est principium; ita ut eadem illa forma, diversa hac ratione, utriusq; actus nomen & essentiam complectatur.

26. Recte hoc ab Averr. 2. an. t. 2. Gajet t. 2. & 5. Mercen. in diluci. deductum; exemplis & autoritate Aristotelis demonstratum est; ut in tantis etiam modernorum, inter quos Zab. 2. an. t. 2. & 5. diverticulis, nulla pateat elabendi rima. Annon enim eandem formam, quam dixerat substantiam, Aristoteles dividit in actum & primum & secundum? Et cum in t. 4. probasset, animam non esse corpus: initio t. 5. manifeste causam nostram probaturus, sic inquit: Anima est substantia; substantia autem actus: actus autem qui huiusmodi corporis est: hic autem duplex. Primus & secundus. Ubi quidem actum illum, qui corporis organici erat, dividit in primum & secundum; quod de operatione, ut accidenti, nulla ratione accipi potest.

27. Hac de forma breviter, venio ad corpus naturale, quod ex prioribus

prioribus illis compositum, substantijs verè annumerandum esse, extra omnem dubitationis aleam ita positum est, ut immemorem hujus & loci & instituti esse oporteat, qui id sibi probari velit. Id vero est notandum bene, quod, cum corpus naturale vera sit substantias; constet autem materia & forma, tanquam principijs essentiam ejus absolventibus; quod inquam, principia etiam hac substantijs verè ad judicanda sint. Substantiarum enim principia & causas oportet esse substantias, 1. Phys. ne effectum causa sua supergrediatur virtutem.

28. Porro corpus naturale duplex est, vivens aliud, quod & animatum; aliud inanime ac vitâ cassum. Vita enim cum effectus sit anima, propriaq; ejus operatio; ubi anima est, & ipsa; ubi non est, ne ipsa quidem esse potest. Vita autem gradus cum plures sint, nullo tamè nisi ab inferiori, qua nutritione & augmentatione constat, discrimen hoc, animatorum ab inanimatis, ad aequatè inducitur.

29. Annon vero & inanimata ali augeriq; videntur? Rectè aut, videntur. Apparens enim in illis, sed vera non est augmentatio, utpote qua consistat non in aggeneratione, vel extensione, (qua Marsilij & Iand. sententia) sed appositione nova materia, & præjacentis subjecti, secundum omnes dimensiones, extensione. In lapidibus, inquit Themist. 2. an. c. 5. incrementum illud non ex alimento intus molito dispensatoq; in penitas partes attollitur, sed accessione tantum & appositione materia. Nutritionis ratio in illis nulla; cum nec causa ulla, nec in illis organa, quibus vel accipiant, vel præparent alimentum ac concoquant; Ijs vero denegatis, quidni nutritionem etiam ipsam rectè negari credam?

30. Prudenter igitur natura, qua viventia esse voluit, organa præclare instruxit, pro ipso vita, cui destinantur, gradu ac perfectione; ut vivens & Organicum, pro iisdem non immerito habeantur; adeoq; dicatur Organicum, quod laudabili partium dissimilium

miliū conformatione, quoad figuram, situm, numerum, ac magnitudinem, vita munijs, tam varijs & differentibus obeundis, aptam est. Organum vero, pars animalis, qua sibi convenientem actionem perfectè edere potest.

31. Hactenus recto quidem ordine, rerum genera, quantum ad animam definitionem indagandam requiritur, divisione preparata sunt: Consequens est, ut quid horum animam essentiam attingat; quid in definitione ejus poni debeat, luctatione quadam Intelligentia vestigemus, ad compositi, velut notioris, declaratum proximè respicientes naturam (vide th. 27.) qua in eo consistit, ut sit aliquod cōpletum, (idēq; beneficio forma) & per se verè subsistat.

32. Anima, quamvis communi omnium hominum existimatione (qua probationis vice utemur) insit composito, seu corpori naturalis Ipsa tamen corpus non est, nec corporea dici debet: siue compositum totum respicias; siue materiam, siue deniq; aliud præter hac corpus inducas (quale Diogenes & Anaximenes statuebant, aëreum; Heraclitus vaporosum; Stoici λεπθμερὲς quippiam; alij aliter) quod materia junctum, vivens constituat & absolvat, eo compositionis modo, qui sit ex corpore (materia) & corpore (forma)

33. Aristotelis argumentum, omnibus hisce modis oppositum, est tale. Nullum corpus est in subjecto: est enim potius subjectum aliorum, qua recipit, formam inquam & accidentium. Sed omnis anima est in subjecto, & pro natura sua conditione ab alio semper recipitur, quod informat ac perficit; ipsa vero præter accidentia sustinet nihil. Ergo nulla anima est corpus.

34. Forte mirum hîc cuiquàm videatur, quomodo anima, utpote substantia, accidentis rationem hîc subeat, dum in hæreret, alteri eidem tribuitur, propriaq; derogatur existentia. Sentit scrupulum hunc Averr. 2. an. com. 4. & respondet utrumq; subjecto epus habere, ut quidem illorum in hoc, convenientia non sit nullas; sed qua statim diversis adversisq; Inexistendi modis, rum-patur. Inest enim forma, ut pars substantialis, ipsiusq; rei actus; qua

qua res ad formam comparata, non actu, sed potentiâ est: accipitq;
esse suum à forma, ita quidem ut iterum à forma dependeat, nec
ea unquam, salvâ sua essentia, carere queat. Accidens vero
non constituit aut perficit essentialiter subjectum, sed ejus natu-
ram, à formâ jam perfectè constitutam, insequitur: ita ut depen-
dentiam à subjecto cui innititur habeat: separari tamen ab eo-
dem possit, salva interim permanente subjecti essentia, utpote se-
cundum quam ab accidente non dependebat.

35. Porro Animam non esse corpus, sic probat Themist. c. 3 Quod hac ra-
tione nullum foret inter animata & inanimata discrimen. Cum tamen
viventibus aliquid inesse debeat, quod desit torpentibus; quodq; vitam illis
praestet, non item his alteris. Corpus autem inquit Vives l. 1. an p. 56.
aequè inest universis. Quod si vis illa anima, corpori sit ascribenda; ubi
materia abundat, ibidem etiam de facultatibus anima largiorem fore pro-
ventum, sequetur; contra quàm restatur experientia.

36. De homine, si speciatim inquiras, compositio ac configuratio corpo-
ris, quàm ad animae naturam faciat nihil, hinc collige, quod & in cadave-
re & vivente sit eadem. Adde (addit Vives) quod major est sensus & hu-
mano vicinior in quibusdam, quæ longissimè ab hominis formatione reces-
serant, velut in Elephanto, quàm in sue quo ferunt nihil esse homine simi-
lius intrinsicè & contemperazione carnis.

37. Tertio corporeitatis modo præcipuè opposita sunt, quæ 1. an. disputat
Aristoteles. Corporum enim committeretur penetratio, usq; non posset
dimensiones obtinere salvas; nec divisibilitatem aut localitatem. Acce-
dit, quod nullum corpus valeat esse primum motus principium: quod contra
Galenum accuratè hic tenendum est. Is enim l. 6. Epidem. affirmans, ani-
mam esse $\alpha\epsilon\gamma\epsilon\sigma\tau\upsilon$, & temperamentum, quod ex legitima elementorum in-
ter se, contemperazione exurgat, animam omnino facit corpoream; eo du-
ctus argumento, quod actiones animatae, temperamento exerceantur, ejusq;
lesione alteratione ve ledantur.

38. Consequentia rationem omnem enervat, quod addit Aristoteles τὸ
 $\pi\epsilon\omega\tau\omega\varsigma$. Illud enim anima est cui primò & adæquatè ascribenda venit
operatio; cuius modi nec $\alpha\epsilon\gamma\epsilon\sigma\tau\upsilon$ nec corpus ullum esse potest; quamvis instru-
menti munus habere queant integrum.

39. Quàm vero multa sint, quæ absurditatis hanc sententiam convin-
cant, in transcurso hic ut soluta ac integra dimittamus, loci cogit angustia.

Cice-

Ciceroni vero i. Tusc. qua. qui, teste Macrobio, Critolaum secutus Peripateticum, animam ex quinta illa, quae corporum caelestium propria, construit essentia, breviter satis faciemus. Quis enim Aristotelis hanc esse sententiam, si vel *μόνον ἄνθρωπος*, Aristotelem i. de an. attrigerit, persuaderi sibi patitur? ni forte ex 2. gen. an. c. 3. errori huic frigidam suffundat, & *ὑπερμακρὰ ἐμψυχόν*, caloremq; elemento astrorum proportionem similem, contra mentem Aristotelis, (ut de gener. hominis infra ostendemus,) pro ipsa anima accipiat.

40. Animam itaq; cum neq; materia, nec corpus sit; substantijs tamen annumeranda, utpote, quae compositum, quod maxime videtur substantia, constituat: nihil autem in substantiarum numero sit reliquum; formam esse necesse est: quod hoc argumento etiamnum confirmatum dabimus. Id, per quod corpus vivens, esse suum accipit, & in certa specie constituitur, & a non viventibus distinguitur, est forma. De anima verum prius. Ergo anima est forma, & *ἐντελέχεια*.

41. Quid ergo? num prima est entelechia, vel secunda? Vtraq; inquam: illis frater, quae de actu secundo supra disputavimus: Ex quibus & hoc patebit, non per utramq;, sed per primam tantum, animam esse definiendam, utpote quae sola, intimam ejus concernat essentiam.

42. Genere invento, quaerenda est differentia, quam respectiva *ἐντελέχεια* natura insinuat. Perfectio quippe finis est & complementum ejus quod perficitur ac finitur. Esse ergo nequit, nisi in ipso finito ac completo: quod entelechia ut accuratè respondeat, necesse est.

43. Hujusmodi vero est corpus naturale, non quodlibet tamen sed Organis debita ratione instructum, ita ut in potentia vitam habeat, aptumq; sit per quod anima potentias suas in vita munij obsequiis, exerat. Quibus omnibus collectis, Anima definitio enascitur haec, Anima est actus primus corporis naturalis vitam habentis potentia.


44. De ea autem potentia, inquit Themist. acceptandum est, quae actui juncta: eo prorsus modo, uti caelum dicimus moveri posse, dum actu ipso movetur. Neq; hoc contra rationem potentiae, quae duplex una actui opposita privativè; altera cum actu ipso juncta: cujusmodi haec, de qua nobis sermo. Ut enim actus primus indifferenter se habebat, ad operationem & cessationem, ab utroq; nimirum abstrahens; sic potentia vitam habere dicitur, vivens, tum quando operatur tum quando non operatur actui; quod observatum, multis hujus loci controversijs lucem praferet et explicationis.

prioribus illis compositum, substantijs verè
extra omnem dubitationis aleam ita positum
huius & loci & instituti esse oporteat, qui id
vero est notandum bene, quod, cum corpus n
stantias constet autem materia & forma, ta
sentiam ejus absolventibus quod inquam,
substantijs verè ad judicanda sint. Substa
cipia & causas oportet esse substantias, 1. Ph
sua supergrediatur virtutem.

28. Porro corpus naturale duplex est, vi
animatum; aliud inanime ac vitâ cassum.
ctus sit anima, propriaq; ejus operatio; ubi
ubi non est, ne ipsa quidem esse potest. Vita
plures sint, nullo tamè nisi ab inferiori, qua
tatione constat, discrimen hoc, animatorum
quatè inducitur.

29. Annon vero & inanimata ali augeri
ais, videntur. Apparens enim in illis, sed
tatio, utpote qua consistat non in aggenerat
(qua Marsiliy & Iand. sententia) sed apposit
prajacentis subjecti, secundum omnes dim
In lapidibus, inquit Themist. 2. an. c. 5. in
ex alimento intus molito dispensatoq; in per
sed accessione tantum & appositione materi
tio in illis nulla; cum nec causa ulla, nec
vel accipiant, vel præparent alimentum ac
denegatis, quidni nutritionem etiam ip
credam?

30. Prudenter igitur natura, qua viven
præclare instruxit, pro ipso vita, cui desti
fectione; ut vivens & Organicum, pro ijs
beantur; adeòq; dicatur Organicum, quod la



the scale towards document

m esse,
norem
lit. Id
sit sub
tjys es
m hac
n prin
causa
quod &
m effe
? ipsa s
ncum s
igmen
ad a
Recte
ugmen
ensione,
eria, &
ensione.
lud non
ollitur,
onis ra
quibus
tjs vero
negari
organis
ac per
erito ha
um disti
milium